



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Libellvs De Principalitate Romanæ Ecclesiæ**

**Roth von Schreckenstein, Hieronymus**

**Ingolstadii, 1550**

**VD16 R 3252**

Similitvdo Ad Vnicam filiam dilectam matri suae.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30126**

## ROMANAE ECCLESIAE.

tem dico omnem Ecclesiam, id est congregationem credentium, quæ si pudica fuerit inuenta à sponso suo ingentibus ab eo donis & muneribus honorabitur, & uos ueluti ministri sponsæ & amici sponsæ ingenti gaudio & lætitiâ perfruemini. Si uero sponsa hæc reperta fuerit commaculata peccatis, ipsa quidem tanquam indigna trudetur à Regibus Toris, uos autem pœnas dabitis si forte per uestrâ negligentiam uel desidiam obrepserit contagio sæua peccati.

### SIMILITUDO AD UNI-

*cam filiam dilectam matri suæ.*

**M**Ater uero unicam filiam habens in eandem omnem amorem diffundit, nihil iucundius, nihil dulcius, nihil ita uehementer diligit, quam unicam illam filiã, sic unica nostra dilectio in unica Ecclesia dilecta filia matris suæ. Unicæ autem filiæ, non pluribus assimilatur, & amori quæ in unicam confertur. Sic non plures Ecclesias, sed unicam colere debemus. Quod si eam uarijs sectis diuidimus, iam mox non erit unica filia dilecta matri. Amor enim in plures diuisus refrigescit & extinguitur,

### SIMILITUDO AD

*fontem signatum.*

D iij Sic